



Liceo Classico “G.B.Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE CLASSICO / SCIENTIFICO

PROVA LA CLEMENZA

Divus Augustus qui paene adulescens bellum civile gesserat et collega in proscriptionibus Marco Antonio fuerat, in principatu clemens fuit. Cum¹ iam annum quadragesimum transisset et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium Lucium Cinnam, stolidi ingeni² virum, insidias ei struere. Dictum est ubi et quando et quemadmodum eum aggredi vellet. Constituit se ab eo³ vindicare. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret adulescentem nobilem, Cnei Pompei nepotem, damnandum esse. Gemens subinde, voces emittebat varias et inter se contrarias: “Ego percussorem meum securum ambulare patiar, me sollicito⁴? Ergo non dabit poenas qui caput meum, tot navalibus tot pedestribus proeliis incolume, obtruncare constituit? Qualis finis sanguinis erit? Non valet tanti vita mea, si, ut ego non peream⁵, tam multi perdendi sunt”. Interpellavit tandem illum Livia uxor et: “Admittis” inquit “muliebre consilium? Fac quod medici solent, qui ubi usitata remedia non procedunt, temptant contraria. Severitate nihil adhuc profecisti: nunc tempta clementiam: ignosce Cinnae, qui deprehensus⁶ tibi nocere non potest, salvus famae tuae proderit”.

(da Seneca, *De Clementia*)

Dopo aver tradotto rispondi ai seguenti quesiti.

1. Giustifica l’uso dei tempi al congiuntivo e la natura delle proposizioni.
2. Che caso e che complemento esprime?
3. Che pronomi sono e qual è il loro uso?
4. Che costrutto è? Che particolarità presenta?
5. Che proposizione è?
6. Che participio è? Quale funzione sintattica ha?



Liceo Classico “G.B.Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE LINGUISTICO / SCIENZE UMANE

LA VENDETTA DI ULISSE

Postquam Telemachi conatus irriti ceciderunt, patris nutu arcum ad singulos Procos porrexit sed nemo eorum ne arcum quidem flectere potuit³. Denique etiam falsus mendicus a Telemacho arcum petivit et magno risu conatus ab omnibus Procis probatus est. Sed ille parvo nisu et firma manu arcum tetendit et, incredibile visu, sagittam per securium foramina transmisit. Dum Proci, Ithacae regem agnoscentes, vultu pallescunt et metu tremunt, Ulixes demum laceram vestem deponit et: “Nunc certamen transactum est! Nunc arcus et gladii mei ictus alia destinata ferient!” Frustra Proci genua flectentes et magno fletu veniam implorant: Ulixes cum filio suo et paucis servis fidelibus omnes Procos transfigit et domus magnis ululatus resonat. Interea fidelis Penelopa dolum timens, in magna sollicitudine est et de mariti reditu adhuc dubitat. Sed postquam Ulixes secretum, sibi solum et uxori suae notum, prodiderit, etiam Penelopa tandem maritum agnoscet.

Dopo aver tradotto rispondi ai seguenti quesiti.

1. Riconosci i complementi sottolineati.
2. Analizza le forme verbali sottolineate.
3. Coniuga questo verbo al futuro semplice ed anteriore, imperfetto, piuccheperfetto.



Liceo Classico “G.B.Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL TRIENNIO

Neque me illa oratio commovet, quod ait Attius indignum esse facinus, si senator iudicio quempiam circumvenerit, legibus eum teneri; si eques Romanus hoc idem fecerit, non teneri. Ut tibi concedam hoc indignum esse, quod cuius modi sit iam videro, tu mihi concedas necesse est multo esse indignius in ea civitate, quae legibus contineatur discedi ab legibus. Hoc enim vinculum est huius dignitatis qua fruimur in re publica, hoc fundamentum libertatis, hic fons aequitatis; mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus. Ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus, ut nervis et sanguine et membris, uti non potest. Legum ministri magistratus, legum interpretes iudices, legum denique idcirco omnes servi sumus ut liberi esse possimus. Quid est, Q. Naso¹, cur tu in isto loco sedeas? Quae vis est, qua abs te hi iudices tali dignitate praediti coerceantur? Vos autem, iudices, quam ob rem ex tanta multitudine civium tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis? Quo iure Attius² quae voluit dixit? Cur mihi tam diu potestas dicendi datur? Quid sibi autem illi scribae, quid lictores, quid ceteri, quos apparere huic quaestioni video, volunt? Opinor haec omnia lege fieri totumque hoc iudicium, ut ante dixi, quasi mente quadam regi legis et administrari.

(Cicerone, *Pro Cluentio*)

Note:

1. Voconio Nasone, presidente del tribunale
2. Attio, avvocato dell'accusa

Quali principi, a tuo avviso, devono essere alla base della legge positiva, tali che puoi individuarli anche nella nostra Costituzione?

(Il commento deve essere espresso nella lunghezza massima di una facciata di foglio protocollo).